

XXI

huius amare quasi carnaliter? Bonus tamen amor iste carnalis per quem vita carnalis excluditur. contemnitur. et vincitur mundus. Proficitur autem in eo cum sit et rationalis. proficitur cum efficiatur etiam spiritualis. Porro rationalis tunc est cum in omnibus (que oportet de christo sentiri) fidei ratio ita firma tenetur et ab ecclesiastici sensus puritate: nulla veri similitudine. nulla heretica seu diabolica circumventionem aliquatenus deviet. itemque cum in propria conversatione illa cautela servatur. ut discretionis meta nulla superpositione vel levitate. vel spiritus quasi feruentioris vehementia excedat. Et hoc esse. tota anima deum diligere. iam supra diximus. Quod si etiam adiuvantis spiritus vigor tantus accedat: ut nulla vi laborum vel tormentorum: sed nec mortis metu iusticia vincta deferatur. in hoc etiam tota virtute diligitur. et est amor spiritualis. Quod nimirum nomen huic specialiter amori congruere puto. ob prerogativam vinctis plenitudinis spiritus quam precellit. Et hec sufficienter pro eo quod sponsa dicit. Propterea adolescentule dilexerunt te nimis. In his que se quoniam dignetur nobis aperire thesauros misericordie sue. ipse custos eorum. Ihesus christus dominus noster. Qui vivit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti deo per omnia secula seculorum Amen.

Sermo. xxi.

Habe me post

Habe me post te. In odore vnguentorum tuorum curremus. Quid? Sponsa ne ergo necesse habet trahi. et hoc post sponsum? Quasi vero inuita eum et non libens sequatur? Sed non omnes qui trahuntur: inuiti trahuntur. Nec enim infirmum aut debile: eum videlicet qui per se ire non valet: trahi ad balneum seu ad prandium piget. et si reum piget trahi ad iudicium vel ad penam. Denique trahi vult que et hoc rogat. Non autem rogaret: si sequi per se ipsam dilectum purum vel let valeret. Ut quid vero non valet? An infirmam fateamur et sponsam? Si vna que vis ex adolescentulis infirmam se diceret et peteret trahi: nequaquam miraremur. At vero de sponsa que trahere et alios: ut pote fortis et perfecta posse sufficere videbatur: cui non durum sonet quod et ipsa trahi tanquam infirma vel debilis necesse habeat. De qua

nam anima iam confidimus quod valida sit et sana. si illam infirmam dici consenserimus que per sui singulari perfectione et excellentiori virtute sponsa domini nominatur. An ecclesia forte id dixerit: cum intueret dilectum ascendente gestiens eum sequi atque assumi cum ipso in gloria? Quamquam et quantenus perfectionis anima: quod diu quidem gemit sub corpore mortis huius: et huius seculi nequam retinetur inclusa carcere. vincta necessitatibus. torta sceleribus. lentius segruissus assurgat necesse est ad contemplanda sublimitia. nec omnino liberum habet sequi sponsum quocumque ierit. Hinc lachrymosa vox illa gementis. Infelix ego homo: quod me liberabit de corpore mortis huius. Hinc supplex illa precatio. Educ de carcere animam meam. Dicat plindec: dicat cum gemitu etiam sponsa. Trabe me post te. quod corpus quod corrumpit aggruat animam: et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. An hoc dicat cupiens dissolui et esse cum christo: presertim dum videat eas propter quas manere ipsam in carne necessarium videbat beneficientes: amare iam sponsum et stare in tuto charitatis? Sed quidem hoc premisserat propterea (inquies) adolescentule dilexerunt te. Nunc ergo quasi dicat ecce adolescentule amant te. et amando firmiter inherunt tibi. meque mitem iam oportet habere nulla mihi causa in hac vita ulterius commorandi. Idcirco ait. Trabe me post te. Hoc sentirem: si dixisset. trabe me ad te. Nunc vero quia dicit. post te: magis illud mihi postulare videtur: ut conversationis eius valeat vestigia sequi: ut possit emulari virtutes et normam tenere vite. et morem queat apprehendere disciplinam. In his appere marie oportet adiutorio. quod valeat abnegare femer ipsam: et tollere crucem suam. et sic sequi christum. Dic prorsus trahi necesse habet sponsa: nec sane trahi ab alio quam ab eoque quod ait. Sine me nihil potest facere. Scio (inquit) me nequaquam posse pervenire ad te nisi quodammodo per te. sed neque habet quod deest: nisi adiutam abs te. idcirco precor ut trabas me per te. Beatus siquidem cuius est auxiliium abs te: ascensionis in corde suo disposuit in valle lachrymarum: puenitur quousque ad te in motibus gaudiorum. Quam pauci post te ordinem Iesu ire volunt. cum tamen ad te pervenire nemo sit qui nolit. Hic scientibus cunctis. quia delectationes in dextera tua usque in finem.